

1184, desembre, 31

Ramon de Segalars, la seva esposa Dolça i el seu fill Arnau venen a Companyó de Reixac dues feixes situades a Sant Gregori, en senyoria de Sant Daniel, pel preu de 27 sous.

ASD núm. 41, còpia de 1221, 240 x 171 mm. Hom conserva, cosit a la còpia, un fragment del pergami original.

Sit notum cunctis quoniam ego Raimundus de Segilars et uxor mea Dulce et filius noster Arnallus uinditores sumus tibi Companion de Rexag, emtore. Per hanc scripturam uindicionis nostre uendimus tibi .II. nostras fexias terre quas habemus et tenemus in parrochia Sancti Gregorii, in senioratu Sancti Danielis; est una de iamdictis terris, in loco quem dicunt Puialar, alia in loco uocitato Bruguer. Terra de Puialar affrontat ab oriente in albi Íceri, a meridie in crosa Guilielmi de Segilars, de occiduo in fexia Petri Uitali, a parte uero circii in fexia Poncii Uitali. Alia afrontat a parte orientis in fexia Arnalli de Segilars, de meridie in strata que pergit apud Ierundam, ab occiduo in terra Guilielmi de Segilars, a parte uero circi in terra mansi de Clerano. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic uendimus tibi suprascripta terra, nostram hereditatem uel comparacionem quam ibi abemus uel abere debemus cum omnibus suis pertinenciis, exitibus et regressibus earum propter precium .XXVII. solidos quos tu nobis inde donas, et de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem ad faciendum ibi et inde quicquid facere uolueris, et est manifestum. Hoc autem facimus saluo iure domini in omnibus ad omnem tuam voluntatem faciendam usque in perpetuum. Quod si nos uel aliqua utriusque sexus <persona> contra presentem uendicionem uenerit ad irrumpendum, non ualeat uendicare quod requisierit, sed componat tibi prefata omnia in duplo in consimili loco, et postmodum firma maneat omni tempore, et ut non dones de iamdictis terris nisi tascam et braciaticum Sancti Danielis prenominati. Et iuro ego Raimundus de Sigilariis per .IIII. Euangelia in presencia Raimundi clerici et Bellihominis de Prato et Petri de Rexago et aliorum proborum hominum ut unquam non requiram partem inde: Si quis ibi uobis mouerit uel forifecerit, ego adiuo te secundum meum posse. 1

Actum est hoc .n. kalendas ianuarii anno .MCLXXXIII. dominice incarnationis.

Sig+num Raimundi de Segilars, qui hanc uendicionem fecimus et firmauimus firmarique rogauimus. Sig+num Dulce, uxoris eius. Sig+num Arnalli, sig+num Raimundi, filiorum nostrorum. Sig+num Petri de Rexag. Sig+num Iohannis de Prato. Sig+num Petri Uitali. Sig+num Bruni Calueti.

Ermengaudus leuita, qui hoc rogatus scripsit, die et anno quo supra. (s. man.) Guilielmus presbiter qui uidi et tenui petronum istius translatis die translacionis eius. (s. man.) Petrus presbiter qui uidi et tenui petronum istius translatis die traslacionis eius. (s. man.)

Ferrarius presbiter qui hoc anno Domini .MCCXXI. cum litteris superpositis in .XVIII.
linea fideliter translataui .VIII. kalendis octobris.

l. La darrera clàusula es troba després de les signatures. És notable l'arcaisme d'algunes clàusules del formulari emprat.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 134-135